

## Alte Drucke

# Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XVIII.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122**

mens bona, sapiens & benefica, vult bonitatem & sapientiam suam, non in tenebris abditam latere, sed lucere & conspici, & angelis ac hominibus ipsum agnoscentibus impartire. Ideo totum hoc pulcherrimum mundi theatrum condidit, & miranda arte & sapientia distinxit & ordinavit, vt Schola esset sapientiæ, bonitatis, præsentia & omnipotentia Dei, τοφῆ καὶ Φιλανθρωπία ἀπειρογῆ. Qui cum omnes res cæteras ad hominum vtilitatem destinavit: hominem ipsum ad Dei imaginem condidit, & ea bona, quæ in Deo ipso sunt optima, videlicet mentem intelligentem, & sapientiam cum diuina mente congruentem, & immoto septo discernentem recta & praua. Deinde voluntatem liberam, & iustitiam ac rectitudinem diuinæ conformem, in homines transfudit, vt Deum agnoscerent, & testimonia de Deo sibi impressa, & suam cum Deo similitudinem & cognationem intelligerent & exercerent. Nec tantum vestigia præsentia & sapientia ac bonitatis erga homines suæ, omnibus rebus à se conditis, & imprimis animæ & corporibus humanis perspicua impressit: verumetiam ipse ex arcana sede sua prodiens, sua voce, & tradito certo verbo, voluntatem suam hominibus patefecit, quod vitæ hominum normam esse voluit. Cumq; peccato primorum parentum homines, horribiliter deformata imagine Dei, in peccatum & æternas misérias coniecti essent, rursus immensa misericordia patefecit Deus voluntatem suam de Reconciliatione, & promissionem de Semine mulieris Domino nostro Iesu Christo tradidit, qui caput Serpentis contereret, & abolito peccato & morte, iustitiam & vitam æternam vera fide ad Deum conuersis redderet. Huius promissionis voce omnibus temporibus ecclesia Deo collecta, & à cæteris gentibus impijs distincta est. Et quidem in populo Israël immensa Dei bonitate certa sedes ecclesiæ constituta est, in qua verbum diuinitus traditum, Lex & promissio de Messia venturo custodiretur, & in cæteras nationes spargeretur: & vbi Messias definito tempore nasceretur, doceret, ederet miracula, fieret victima, & resuscitatus ex morte conspiceretur. Hic præcipuus finis fuit constitutæ Politia & ecclesiæ Iudaicæ, in qua Christus tandem exhibitus est, & summam doctrinæ, omnibus hominibus ad veram pietatem & æternam salutem necessariæ, tribus capitibus complexus est, cum iussit prædicari pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine suo, & hac fide accepta, deinceps vitare peccata, & Deo obedire iuxta omnia ipsius mandata, propter hunc finem, vt Deus honore afficiatur & celebretur. Hanc ipsam pietatis Christianæ summam Syracides hoc loco tradit, cum iubet nos respiscere & conuerti à peccato ad Dominum, & orare seu petere à Deo remissionem peccatorum, & firma fide adherere Deo nobis placato & propicio propter Christum mediatorem, & prælucente hac fide deinceps repugnare peccato, & nouam obedientiam cum voluntate Dei congruentem incoare, & vero corde & externa voce prædicando, ac celebrando beneficia Dei, & totius vitæ obedientia Deum laudare. Hoc modo non laudant Deum mortui, scilicet concionando & docendo, nec professione & labore suo viuus seruiunt, vt Psalmo 113. dicitur: Non mortui laudabunt te Domine.

## Caput XVIII.

Bbb

O quan-

Misericordia Dei ad penitentiam nos inuitans.

Chy

**Q**UANTA amplitudo est bonitatis & misericordia Dei, & propitius est eis, qui ad eum conuertuntur. Quid tandem homo esse potest, cum non sit immortalis? Quid est splendidius Sole? & tamen interibit. Et quod caro & sanguis cogitat, reuera malum est. Videt quidem immensam altitudinem cæli, sed omnes homines puluis sunt & cinis. Quicquid autem ille in æternum viuens facit, hoc perfectum est, & Dominus solus iustus est. Nemo eloqui potest opera eius. Quis magna mirabilia eius intelligit? Quis magnitudinem potentia eius metietur? Quis amplitudinem misericordie enumerabit aut expendet? Neque prohibere, neque arguere quisquam potest eam, & grandia mirabilia eius nemo assequi potest. Homo autem, quando summis viribus contendit, vix initium tenue habet operis, & cum putat se perfecisse, abest adhuc longissimè. Quid enim est homo, aut quid efficere potest? Quid adeo magni prodesse, aut nocendo obesse potest? cum maxime longæuus est, centum uiuit annis. Et sicut guttula est ad immensas aquas maris, & sicut exiguum granulum ad arenas in littore maris: sic sunt anni hominis ad æternitatem. Ideo tolerat eos Deus, & misericordiam suam effundit super eos. Ipse videt & bene nouit omnes subiectos morti. Ideo bonitas eius opulentior est super eos. Misericordia hominis tantum est erga proximum: Dei autem misericordia effundit se in totum mundum, ipse castigat & corripit, ipse docet, gubernat, sonet & pascit, sicut pastor greges suos, Misereatur omnium, qui duci se patiuntur, & diligenter audiunt uerbum Dei. Fili mi, cum elargiris aliquid, noli munus deformare conuitio, & si cui donas aliquid, noli eum perturbare uerbis asperis. Ros & aura refrigerant in aestu: Ita uerbum amicum saepe melius est ipso dono: Imò saepe unum uerbum gratius est quàm ingens donum, & homo humaniter beneficus, dat utrumque. Stultus autem insulse & arroganter exprobrat beneficium. Dono autem frigido nihil est molestius. Ipse discite primum, antequam doceas alios. Cura te ipsum primum, antequam sis medicus aliorum. Corripe primum teipsum, antequam iudices alios, Tunc inuenis gratiam, quando alij castigantur.

Beneficentia ornatur comitate uerborum.

Docilitas.

*Noli differre pœnitentiam, donec agrotas. Sed respisce citò* Pœnitentia.  
*è medio cursu peccatorum. Ne procrastina hoc, ut melior fias.*  
*Noli differre emendationem vitæ usq; ad mortem. Si vis ser-*  
*uire Deo, facias ex animo, ne tentes Deum. Cogita de ira, qua*  
*impendere possit sub finem, & de ultionis hora, cum è vita disce-*  
*dendum erit. Qui enim satur est, cogitare debet, se rursus esu-*  
*rare posse. Et diuiti cogitandum est, se depauperari posse. Nam*  
*& ante vesperam res aliter cadere possunt, quàm manè fuerint,*  
*& hoc totum saepe repente fit coram Deo. Homo sapiens in his*  
*omnibus sollicitus est, & in cursu peccatorum retrahit se. Qui*  
*intelligens est, hic eiusmodi sapientiam amplectitur, & qui con-*  
*sequitur eam, laudat eam. Qui hanc doctrinam probe per didi-*  
*cit, is sapienter se gerere potest, & differere de ea, ad erudien-*  
*dos alios.*

**M**axima pars XVIII. capituli coheret cum adhortatione ad pœniten-  
 tiam seu conuersionem ad Deum, in fine superioris capituli instituta.  
 Tres enim causas grauiissimas recitat, quæ singulos ad respiscendum & vitæ  
 emendationem maturè suscipiendam impellere & inflammare debent.  
 I. Immensa amplitudo bonitatis & misericordiæ Dei, paterna *σοφῶν* inui-  
 tantis miseros & pollutos homines ad agendam pœnitentiam, & offerentis  
 gratuitam remissionem peccatorum, & æternam cum Deo consuetudinem  
 & gloriam, omnibus qui fide ad ipsum conuertuntur. Huc totus Psalm. 102.  
 Benedic anima mea Domino, referatur. II. Ingens imbecillitas, de-  
 prauatio & miseria humanæ naturæ, obnoxia omnibus calamitatibus &  
 præsentis ac æternæ morti. Verè enim, *ὁ δὲν ἀνιδρότερον γαῖα τῆς θείας αἰθερώποιο.* Nil  
 homine immensus fouet ærumnosius orbis. Et quicquid caro & sanguis co-  
 gitat, reuera malum est. Quæ sententia cum Pauli concione Rom. 8. con-  
 gruuit, Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Et Genes. 6. & 8. Cogit-  
 ationes cordis humani malæ sunt à pueritia. Item, Psal. 50. Tibi tibi tantum  
 sum peccator.

En tibi peccamus, tibi nos peccasse fatemur,  
 Ante tuos oculos nil nisi culpa sumus.

III. Quia singulis momentis mors subita omnibus imminet, quæ impijs,  
 qui ante pœnitentiam opprimuntur, aditus est ad æternas miseras & cru-  
 ciatus nunquam desituros. Vult autem **D**euS nobis ignotum esse illud mo-  
 mentum, quo ex hac vita discedendum est, ut pœnitentiam non differa-  
 mus, sed semper ad piam ex hac vita migrationem parati simus, Sicut intra  
 in hoc XVIII. capite inquit: Noli differre pœnitentiam donec agrotas.  
 Noli differre emendationem vitæ usq; ad mortem.

*μητ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον ἐς τ' ἐννηθιν.*

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Sunt autem in Complutensi editione Bibliorum, post hanc sententiam,  
 (*ἀεὶ ἕως ἡμερῶν αἰθερώποιο πολλὰ ἔτη ἑκατὸν*) inferta hæc verba consideratione di-  
 gnissi-

Chyl

gniffima, ὅν ἀλογίῳ ἐκάστω πᾶσιν ἡ ποιήσει. Nemo prospicere articulum temporis potest, quò moriturus est. Quare nos ipsos etiam hac cogitatione de vitæ nostræ incertitudine & subita morte singulis momentis imminente, ad veram pœnitentiam maturè & seriò & vero corde agendam, exuscitemus. Nam simulatam pœnitentiam, qualis fuit Pharaonis, Saulis & similibus, & omnem hypocrisin, Deus acerbissime odit & horribiliter punit. Huc postrema huius capitis concio pertinet: Si vis seruire Deo, facias ex animo, &c. In græca editione initio capitis extant hæc verba: ὁ ζῶν ἐς τὴν αἰῶνα ἐκτίσσει τὰ πάντα κοινῇ, quæ vetus translatio reddidit: Qui viuít in æternum, creauit omnia simul. Hinc ratiocinati sunt aliqui, & in his Augustinus, omnes res à Deo simul & semel eodem temporis momento, non intervallo sex dierum conditas esse. Significat autem κοινῇ, non simul tempore, sed communiter, generaliter, vniuersaliter, omnia sine vlla exceptione, à Deo condita esse. *Fili mi, cum largiris aliquid, noli munus deformare comicio.* Inserit præceptum de BENEFICENTIA ornanda comitate verborum, quod Socrates his verbis expressit, μὴ τὰς χάριτας ἀχαρίτως χαρίζεσθαι, & Paulus, Hilarem datorem diligit Deus. Inde enim nomen habet apud Græcos, χάρις à χαίρω, quod hilari & gaudente animo officia præstari debent. Inde & χάριτες, quæ præfunt beneficentiæ & gratitudini, nomina acceperunt, ὁ φροσύνη, ἀγλαία, θαλερία. & beneficium ab inuito datum simile est lapidoso pani. *Ipsè discè primum, antequam doceas alios.* Necessaria in communi vita virtus est DOCILITAS, discens primum eas artes, quas profiteri & exercere in vita instituit. Nam qui se pro medicis venditant, nec tamen artem medicam prius didicerunt, non medici sunt, sed impostores. In hanc sententiam Aristoteles dixit, Beatam fore hominum vitam, si artifices de artibus iudicarent. Sic & necessaria virtus est MODESTIA frenans superbiam, & peruersitatem iudicij, aliorum errata & nauos lynceis oculis cernentem, & acerbam de eis censuram agentem, proprios vero nauos & peccata non aspicientem, nec videntem manticae quod in tergo est. Lubent autem Syracides, Paulus & Salomon, primum vnumquemq; opus suum explorare, & suam infirmitatem & lapsus agnoscere, & emendare. Deinde in alios inquirere & censuram agere.

Docilitas.

## Caput XIX.

*N*OLI indulgere cupiditatibus tuis malis, sed defrauda genium. Nam si indulseris cupiditatibus tuis malis, ipse facies te ludibrium inimicis tuis. *Caut a sotiam, & ne assuefacias te ad belluationes, ne incidas in mendicitatis periculum, cum destituat te crumena, & cogeris à sceneratoribus accipere. Operarius propensus ad pocula, non ditabitur. Et qui non etiam minuta comparcit, decrescit de die in diem. Unum & mulieres dementant sapientes, & qui adherent scortis, efferrantur & obbrutescunt, merces corum tinea.*

Afortia. Luxuria.

Et ver-